

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Menippus sive dialogorum satyricorum centuria  
inanitatum nostratum speculum**

**Andreä, Johann Valentin**

**Cosmopoli [i.e. Straßburg], 1618**

17. Apotheosis

[urn:nbn:de:bsz:31-107424](#)

nibus optime iudicabit. B. Illorum esto, quibus  
exinde census. A. Interim facile est tibi innocen-  
tem sanguinem fundere, his instigantibus fla-  
bellis.

## 17. A P O T H E O S I S.

A. Vx ineptia Romanorū fuit, quos hodie  
homines crediderunt, cras adorāsse Deos? B.  
Imo ineptiores illi, an nequiores, qui vivum  
Alexandrum accepto precio, in Deorum nume-  
rum recepturi erant. A. Credibile est nullos cre-  
didiisse Deos, & imprudentibus illusisse. B. Idem  
mihi in mentem vénit, quoties hodiernam in-  
tueor ~~anobis~~. A. Antichristianam? B. Vti-  
ques, sed nostram: nam quotquot ferē funebres  
inspicio conciones, vel mortuorum elegia, tot  
videor mihi novos Deos numerare posse. A. Ego  
co nīrā tot mortis eruditas meditationes, & lau-  
datissimæ vitæ exempla. B. Quotquot enim tan-  
tum aris post se relinquunt, quantum funebri  
pompæ, & sacrificuli remunerationi sufficit, ii o-  
mnes probatæ & imitandæ vitæ specula sunt. A.  
Nunquam sanè, quod sciam, nævi si qui fuerunt,  
dissimulantur. B. Sed ne, unquam tamen audivi  
heluones dici, blasphemos, adulteros, usurarios,  
scurras, potius imbecilles, eiusque cum dolore  
conscios. A. Ac pœnitentes. B. Vnā fortè ante  
mortem horā, qua ad corpus Domini, ad preca-  
torios libellos, ad eleemosynas, ad reconciliatio-  
nem, ad necessariam patientiam tanto strepitu  
concurritur, ut putas cœlum violenter expugna-  
ri, dum ille surdus paulatim in Diuum oblige-  
scit.

A  
1. Sat circū si  
quer, diu suspi-  
ci, qui nunqua  
mulatione eva-  
cūt. Chitius ob-  
memoriam  
nemini lac-  
cum typis descrit-  
in salute non p-  
rimago euil-  
in domicilia, et  
verbis, pich-  
ibus magna  
erunque vita  
ab his mag-  
nade mili, r-  
ulum empru-  
rum exuvias  
tabulac tabu-  
lūt testati B.M  
atributores,  
affinuerint,  
universatione  
m. B. At hz C  
un maiorun  
di nec fides t  
multos credi-  
si inscriplos

N Villas

## A P O T H E O S I S.

33

scit. B. Sat cito si sat bene. A. Interim pauper diu  
languet, diu suspirat, nusquam fortis, denique ve-  
luti qui nunquam adfuerit, tacita morte ac con-  
tumulatione evanescit, in cuius paulo ante per-  
sonâ Christus obambulabat. A. etiam hi fune-  
brem memoriam habent. B. Frigidam equidem,  
qua nemini lachrimas eliciat ac quam neuti-  
quam typis descriptam intuearis; satis est de eo-  
rum salute non planè desperare, dum illi divites  
Divi magno eiulatu veluti patriæ fulcrâ, virtu-  
tum domicilia, orbis Christiani lumina posteri-  
tati verbis, picturisque proponuntur, Coelique  
sedibus magna fiducia inscribuntur, homines  
plerunque vita perniciosi, interitu utiles. A. At-  
qui ab his magna sunt pauperibus subsidia. B.  
Crede mihi, minima ea prædæ portio est, qua  
coelum emptum volunt, cum ædes interim pau-  
perum exuviis niteant. A. Illis saltiem parce, qui  
publicis tabulis pauperum commiserationem  
sunt testati. B. Multos videoas depictos pauperum  
distributores, qui viventes Mendici intuitu vix  
sustinerunt, nedum odorem, convictum aut  
conversationem ullam. A. Nec mihiis iungi li-  
bet. B. At hæ Christi gemmæ sunt, hæ religiosorum  
maiorum nostrorum deliciae. A. Alia ætas  
est, nec fides tâtae superstitionis indiga. B. Itaq;  
multos credito typis, picturisq; Sanctorum cho-  
ris inscriptos qui æternis cruciantur ignibus.

## 18. D I V I T E S.

A. **N**Vllas ne habes leges, quibus mendicar-  
B 5 tium